for title see next page.

Programm,

womit

zu der öffentlichen Prüfung der Zöglinge

des

Friedrichs-Gymnasiums

auf dem Werder,

welche

Mittwoch, den 11. April 1832,

Vormittag von 8, Nachmittag von 2 ½ Uhr an

in

dem Hörsaale der Anstalt

Kur-Strasse No. 52

Statt finden soll,

die Beschützer, Gönner und Freunde des Schulwesens und des Gymnasiums

ergebenst einladet

August Ferdinand Ribbeck,

Director und Professor.

Inhalt:

Ueber das Leben und die Werke des Aeschylus. Abhandlung in latein. Sprache vom Professor Dr. Lange. — Schulnachrichten vom Director.

Berlin, 1832.

Gedruckt in G. C. Nauck's Buchdruckerei.

DE

AESCHYLO POETA

EXPOSUIT

E. R. LANGE.

Quamquam quae a scriptoribus antiquis de Aeschylo poeta traduntur, partim exiguam habent fidem, partim sibi ipsa discrepant et repugnant, eaque in multis libris longe lateque dispersa non sine aliquo taedio possunt congeri, fecit tamen poetae grandiloqui celebritas et tragoediarum, quae aetatem nostram attigerunt, praestantia, ut viri docti haud pauci illis de Aeschyli vita fragmentis colligendis ordinandis illustrandisque operam impenderent. In hac tamen quaestione perdifficili non propter ea illi, quae aut praetermiserunt aut minus recte intellexerunt, reprehendendi sunt, cum in re tantis implicita difficultatibus vix quisquam sit, qui non labatur per errorem, sed propter ea, quae recte exposuerunt, magna laude sunt ornandi. Verum cum quaestio de Aeschyli vita scriptisque ita adhuc instituta sit, ut absoluta dici non possit, si de integro in Aeschyli vitam scriptaque inquiram, operae pretium facturum mihi videor. Nam cum in omni antiquitate illustranda, tum inprimis in historia litterarum, nisi coniunctis multorum viribus non potest res ad liquidum perduci. Itaque si ne mihi quidem obtigerit, ut exhauriam omnia et expediam, gaudebo tamen, si nonnulla certe me rectius explicavisse, alia primum in medium protulisse aequi iudices censuerint.

Cum vero in omnibus iis, quae dicturus sum, quo facilius lectores iudicare possint, testimonia scriptorum opus sit afferri, nonnulla, ut probentur, argumentationem requirant, ne seriem rerum saepius interrumpam, neve in singulis rebus exponendis diutius, quam par sit, morer lectores, omnia, tum quae certa sunt, tum quae ego pro certis habeo, perpetua oratione narrabo, et uno quasi conspectu proponam, testimonia autem et argumentationes in notis subiungam, ne aut ordo rerum turbetur, aut argumenta, quibus usus sim, desiderentur. Ceterum ut legem, quam cum omni in re critica tum hac in quaestione mihi scripsi, hic proponam, liceat repetere et quasi in rem meam convertere, quae Lobeckius (Aglaoph. II. p. 1329) dixit: „Sine coniecturis omnino ars nostra constare non potest, sed in eo genere hanc moderationem adhiberi oportet, ut neque quae explicari nequeant, neque quae explicatione non egeant, improba quadam curiositate sollicitentur. Equidem raro huc descendi, omnis coniecturae principium inscitiam esse ratus, neque aegre, quicquid periclitatus sum, remittam, si quis certiora attulerit, aeque incerta promentibus respondebo breviter et sedate:

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστίν, ἐμοὶ δὲ τάδε."

Sed haec hactenus. Nunc de Aeschyli vita exponamus.

Aeschyli Vita.

Aeschylus Euphorionis filius Atheniensis, nobili e gente oriundus dicitur. Eleusine natus est, sed quo anno incertum, cum alii Ol. 63, 4, alii Ol. 64, 4 tradiderint. Duos fratres habuit Cynegirum sive Cynaegirum et Aminiam, unam sororem, quam Philopithes duxit. Filios suscepit item duos Euphorionem et Bionem [1]). Qua disciplina quibusque litteris institutus ingenium excoluerit parum notum est, tamen in Pythagoreae philosophiae studium incubuisse et Eleusiniis mysteriis initiatum fuisse veri simillimum est. Sunt etiam, qui Aegyptiorum sapientiae studiosum fuisse prodant [2]). Certius tamen scimus arti tragicae, quae id temporis efflorescebat, Aeschylum admodum adolescentem paene totum se dedisse, neque ab adolescentia solum tragoedias scripsisse, sed etiam haud ita multo post quam prodierit poeta tragicus, in omnibus artis suae partibus priores poetas superasse. Ipse narravit, puero sibi in agro dormienti, cum uvas custodiret, Bacchum per somnium imperavisse, tragoedias ut scriberet. Ubi vero illuxisset, dicto se audientem periculo facto omnia facillime perfecisse. Atque tantam cum Baccho familiaritatem eum iniisse ferunt, ut nisi potus tragoedias non scriberet, quae hanc ob causam omnes a Baccho inspiratae Aeschylo et traditae dicuntur. Ex hac divina animi

1) Herodot. II. 156. VI. 114. Aristoph. Ran. 913 et Schol. ad l. c. et ad Aves 282. Pausan. II. 24, 5. VIII. 37, 3. Aristid. in Eleusin. T. I. p. 454 ed. Cant. Euseb. Chron. 1. Clemens Strom. V. p. 602 ed. Sylb. post Stanleii curas. Aelian. Var. Hist. V. 19. Diod. Sic. XI. 27. Eustrat. ad Aristot. Eth. Nicom. III. 2 fol. 40. Epigramm. in Brunckii Anal. T. II. p. 124. 188. 523. in Jacobs. Anthol. T. II. p. 110. 172. T. I. p. 81. Plutarch. de Exil. c. 13. p. 604. e. Marmor Ox. Ep. 49. 60. Quae apud Suidam v. *Αἰσχύλος* leguntur adhibitis Petiti, Stanleii, Hermannique emendationibus ita corrigenda videntur: *Αἰσχύλος Ἀθηναῖος τραγικὸς υἱὸς μὲν Εὐφορίωνος, ἀδελφὸς δὲ Ἀμεινίου καὶ Κυναιγείρου, τῶν ἐν Μαραθῶνι ἀριστευσάντων ἅμα αὐτῷ· ἔσχε δὲ καὶ υἱοὺς τραγικοὺς δύο Εὐφορίωνα καὶ Βίωνα. ἠγωνίζετο δὲ αὐτὸς ἐν τῇ ὀ Ὀλυμπιάδι ἐτῶν ὢν κέ.* Idem v. *Εὐφορίων*, et v. *Φιλοκλῆς* (ubi *Πολυπείθης* Aeschyli sororis maritus appellatur.) Confer etiam Scriptorem Vitae Aeschyli, cuius verba *συνεχρόνισε δὲ Πινδάρῳ γεγονὼς κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα* cum apertum vitium exhibeant, viros doctos valde exercuerunt. Facile tamen erat verum invenire. Pro *τεσσαρακοστὴν* altera scriptura est *ἑξηκοστήν*. Auctor infra *ὢν ἐτῶν*, inquit, *πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα ἐτελεύτα* (*Αἰσχύλος*). Ol. 81, 1 Aeschylum mortuum esse constat. Fuere qui Ol. 64, 4 Aeschylum natum esse arbitrarentur (cf. Hermanni Opusc. II. p. 144. 161). Patet ergo ambarum lectionum coniunctione locum ita recte emendari *κ. τ. τετάρτην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλ.* — Ne ob eam rationem, qua et hic et aliis locis in testimoniis, quae praebet graeca Aeschyli Vita eiusque apud Robortellum Supplementum, adhibendis usus sum, in cuiusquam vituperationem cadam, iudicio, quod Hermannus V. Cel. cum de omnibus poetarum Vitis tum de Aeschylea tulit, plane me assentiri profiteor. Conf. Opusc. II. p. 147. Aminias num recte Aeschyli frater habeatur, dubitat idem Hermannus Opusc. II. p. 166. Vide notam 8.

2) Herod. II. 156. Pausan. VIII. 37, 3. Cic. Tusc. Disp. II. 10, 23. Eleusiniis mysteriis Aeschylum initiatum fuisse ex Arist. Ran. 913 colligit Welckerus Aesch. Tril. p. 104 seq., nimis confidenter, ut mihi quidem videtur. Sed cum constet mysteriorum profanatorum reum fuisse Aeschylum, eiusque criminis non videatur quisquam accusari potuisse, nisi quis initiatus esset, Aeschylum mysteriorum participem fuisse non negaverim. Vide n. 20.

permotione explicari potest Sophoclis dictum: „O Aeschyle, etsi quae opus sunt facis, inscius tamen facis." Fuerunt tamen, qui eum nonnulla Phrynichi fabulis desumpsisse confirmarent [3]). In satyricis dramatis tanto antecelluit Aeschylus, ut qui in hoc poesis genere praestantissimi erant, ei posthaberentur [4]). Nam Aeschylus, quamquam summa erat animi gravitate et severitate, idem tamen facetiarum copia abundabat. Cuius rei hoc exemplum proditum est. In Isthmo Corinthio cum pugiles spectaret, atque caeso quodam pugile theatrum exclamavisset, Ionis Chii latus fodiens: Viden' inquit, quid valeat exercitatio? is qui caesus est, tacet, spectatores clamant [5]). Etiam in elegiis scribendis operam posuit, minus tamen prospero successu, atque ipse principatum in lyrica quidem poesi videtur aliis concessisse. Nam a fratribus rogatus, ut in Apollinem paeanem scriberet, a Phrynicho optime eum factum esse respondit [6]). Primas fabulas Aeschylus, Ol. 70, 1 cum Choerilo et Pratina certans docuit. Qua in re cum propter ingentem spectatorum multitudinem collapsa essent tabulata, in quibus stabant spectatores, inde effectum est, ut lapideum theatrum aedificaretur [7]). Paulo post tempora Persica inciderunt. Quibus temporibus Aeschylus tantum afuit, ut patriae in summo rerum discrimine versanti deesset, ut quattuor illis pugnis clarissimis, quae ad Marathonem, Artemisium, Salaminem, Plataeas pugnatae sunt, magnam virtutis gloriam sibi acquireret. In pugna Marathonia multis vulneribus confectus cum concidisset, a suis domum reportatus est. Eam bellicam gloriam cum laudibus, quas ex arte tragica amplissimas adipiscebatur, praeferret, tum quod ad Marathonem contra barbaros stetisset omnium rerum praeclarissimam indicabat. Etiam fratres fortitudine excelluerunt, quorum Cynegiri virtus pugna Marathonia inclaruit, Aminias post Salaminiam pugnam fortitudinis praemio ornatus est [8]). Post victoriam ad Marathonem reportatam cum Athenienses, ut eos, qui illo

---

3) Scriptor Vitae Aesch. Pausan. I. 21, 3. Plutarch. Sympos. I. 1, 5. (Gorgias fabulam Septem adv. Thebas Marti non Baccho debere Aeschylum censuit, v. Plutarch. Sympos. l. VII. quaest. X. 2. accinit Aristoph. in Ran. 1053). Lucian. Encom. Dem. c. 15 T. III. p. 502. ed. Reiz. Athen. I. p. 22, a. X. p. 428. f. Eustath. Odyss. Θ p. 1598. sub finem, Plutarch. de Prof. in virt. sent. c. 7 (cf. tamen Lessing. in Sophoclis Vita, Opp. XIV. 308, et Welcker. Aesch. Tril. p. 525. n.) Schol. Aesch. Pers. Argum. Aristoph. Ran. 1332.

4) Pausan. II. 13, 5. Diog. Laert. Menedem. 10, 133.

5) Plutarch. de Prof. in Virt. p. 253. Hutt. de audiendis poetis c. 9.

6) Suidas v. *Αἰσχύλος*. Scriptor V. Aesch. Porphyr. de Abstin. II. 18. Pausan. I. 14, 4. Brunck. Anal. I. p. 148. II. p. 523. Jacobs. Anthol. I. p. 81. Athen. XIV. p. 627, c. d. Jacobs. Anth. Pal. II. P. 748. Theophr. Hist. plant. IX. c. 15. p. 1116 Amstelod. Plutarch. Sympos. I. Quaest. X. p. 52 Hutten.

7) Suidas v. *Αἰσχύλος*, sed errat in eo, quod de itinere Siciliensi tradit, cf. Excursum nostrum. Idem v. *Πρατίνας*. Quibus locis primam Aeschyli actionem indicari viderunt Bentleius in Opusc. p. 349. et Hermannus in Opusc. II. p. 152. Porro Photius v. *Ἰκρία*. Liban. in Argument. ad Demosth. Olynth. I. Plutarch. Vit. X. Orat. p. 251 ed. Hutt. Vitruv. VII. Praef. Eusebius in Chron. Ol. 71, 1. „Aeschylus Tragoediarum scriptor agnoscitur." De Agatharcho vide Bentl. Opusc. p. 349.

8) Photius v. *Μαραθώνιον ποίημα*. Marm. Ox. Ep. 49. Auctor V. Aesch. Pausan. I. 14, 4. 21, 3. Athen. XIV. p. 627. c. d. Eustrat. ad Aristot. Ethic. Nicom. III. 2. fol. 40. Brunck. Anal. II. p. 200. 523. III. p. 90. 168. Jacobs. Anthol. I. p. 81. II. p. 184. Anthol. Palat. II. p. 748. Aul. Gell. N. A. XVII. 21.

proelio occiderant, elegiaco carmine honorarent, poetarum elegiacorum certamen Ol. 72, 4 constituissent, Aeschylus a Simonide, praestantissimo poeta elegiaco, victus est[9]). In tragicis vero certaminibus Ol. 73, 4 primum vicit Aeschylus. Quotiens victoriam Dionysiis reportaverit, non liquet, nam alii terdecies dicunt, alii octies et vicies. Qui octies et vicies, eas victorias adnumerasse videntur, quas post mortem per Euphorionem filium aliosque, qui eius partes sequebantur, Aeschylus rettulit. Neque quot fabulas docuerit satis constat, sed plus centum docuisse veri simile est[10]). Ex hoc tanto earum numero septem integrae ad nostram venerunt aetatem, ceterarum fragmenta maximam partem exigua et tituli servati sunt. Tam ingens praestantissimarum fabularum naufragium fecimus! Illae vero, quae supersunt, ita sunt inscriptae: *Πέρσαι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Προμηθεὺς δεσμώτης, Ἱκέτιδες, Ἀγαμέμνων, Χοηφόροι, Εὐμενίδες.* Quae quando singulae primum actae sint, et quarum tetralogiarum sive trilogiarum partes fuerint, iam demonstrabimus. Vicit Aeschylus tetralogia, quae ex his fabulis constabat: *Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ πυρκαεῖ*, Ol. 76, 4[11]). Ante Ol. 77, 4 aut eo ipso anno *Λάϊον, Οἰδίπουν, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας* una trilogia comprehendisse Aeschylus videtur, cui trilogiae quae satyrica subiuncta fuerit fabula nescimus[12]). Si Ol. 77, 4 acta est trilogia,

---

Lucian. Demonax 53. Justin. II. 9. Herodot. VI. 114, ad quem locum v. Valcken. Diodor. Sic. XI. 27. Aelian. V. H. V. 19. Plutarch. Sympos. I. Quaest. X. p. 52 ed. Hutt. In iis, quae de Cynegiro et Aminia traduntur, non omnia inter se bene consentiunt. Nam Eustratius a Cynegiro, Aelianus ab Aminia ait Aeschylum in iudicio (v. notam 20) esse adiutum. Porro Aminias, quem post pugnam Salaminiam fortitudinis praemium nactum esse memoriae prodiderunt Aelianus, Diodorus atque Herodotus (VIII. 84. 93) ab aliis Aeschyli frater (v. notas 1 et 20), i. e. Eleusinius, ab Herodoto Atheniensis quidem, sed idem Pallenensis appellatur. Quam controversiam ut dirimeret negavit Hermannus (Opusc. II. p. 166) utrumque, nec affuisse Aeschylo in iudicio Aminiam nec fratrem Aeschyli fuisse. Atque illud quidem facile concesserim, nam fratres virtute eximia simillimos Aelianus potuit confundere. Sed fratrem Aeschyli fuisse Aminiam contra Herodotum affirmaverim, quippe qui cum nomen Aminiae frequens Athenis esset, duos Aminias confudisse videatur. Neque magis Valkenario ad Herod. VIII. 84 assentior, qui Aminiam Eleusinium eundem putat esse atque eum, quem ob virtutem initio pugnae Salaminiae probatam Plutarch. Themist. c. 14 laudat. Sed hic et Decelensis est neque fortitudinis praemio ornatur.

9) Scriptor V. Aesch. Brunck. Anal. I. p. 135. 148. Jacobs. Anthol. I. p. 68. 81. Id certamen Ol. 75, 4 esse institutum, olim suspicatus sum, nam eo anno Simonides Athenis vicit, v. Marmor Oxon. Ep. 55. Diod. Sic. XI. 41. Brunck. Anal. I. p. 137. Jacobs. Anthol. I. p. 69. Bentl. Opusc. p. 170 seq. Nunc vero Boeckhius V. Cl. ex Marm. Ox. Ep. 50 me docuit, Ol. 72, 4 Aeschylum a Simonide victum esse; de qua re in ultimo Inscriptionum Graecarum fasciculo expositurus est. Hermannus quidem (Opusc. II. p. 145. 153. 162.) Aeschylum Ol. 73, 1 a Simonide victum esse opinatur, sed Boeckhii argumentatio est expectanda.

10) Marmor Oxon. Ep. 51. Auctor Vitae Aesch. cum Supplemento Robort. Suidas v. *Αἰσχύλος*. Plutarch. Vit. X. Orat. p. 252. Hutt. In Catalogo *τῶν Αἰσχύλου δραμάτων* septuaginta duae fabulae enumerantur. Sed vide computationem, quam instituit Welcker. Aesch. Tril. p. 540 seqq. Vide praeterea hos locos: Aristoph. Ran. 890 seq. et Acharn. 10 c. schol. Quintil. X. 1, 66. Philostrat. Vit. Apollon. VI. 11. p. 245. Suidas v. *Εὐφορίων*. Conf. Boeckh. Graec. Trag. Princ. p. 32.

11) Aesch. Pers. Argum. Diod. Sic. XI. 52. Prometheum *πυρκαέα* non *πυρφόρον* huic trilogiae adhaesisse, docuit Welcker. Aesch. Tril. p. 119 seq. Idem p. 471 seq. et in Supplem. p. 176 seq. *πόντιον* non *Ποτνιᾶ* Glaucum huius trilogiae tertiam fabulam fuisse efficere studet.

Sophocles, qui tum primum tragicus poeta processit, ei cum alias fabulas tum Triptolemum opposuit. Post ludos finitos cum rixae et conflictus spectatorum exorti essent, Aphepsion archon arbitros certaminum non sorte constituit, sed Cimonem eiusque collegas, qui e bello adversus Persas feliciter gesto Athenas reversi in theatro deo solitas faciebant libationes, retentos atque iureiurando obstrictos considere et iudicium ferre coegit. Hi Sophoclem renuntiarunt victorem. Quam rem graviter ferens Aeschylus tempori ait tragoedias suas se dedicare atque haud ita multo post in Siciliam ad Hieronem Syracusarum regem abiit [13]). Apud quem cum et auctoritate et gratia multum valeret, *Αἰτναίους* sive *Αἰτναίας* sive *Αἴτναν* fabulam, Aetnae oppidi nuper ab Hierone conditi incolis felicem vitam augurans Syracusis docuit [14]). Ibidem Persas iterum docuit [15]). Etiam veri simile est tres Prometheos *πυρφόρον, δεσμώτην, λυόμενον,* cuius trilogiae satyricum drama ignoramus, Syracusis Aeschylum edidisse [16]). Post

---

12) Schol. Aristoph. Ran. 1053 et 1058. Septem adv. Thebas post Persas actam esse testatur. Quae fabula cum ageretur, Aristides inter spectatores fuit, v. Plutarch. Apophthegm. Regg. T. VIII. p. 116. ed. Hutt., qui post annum fere quartum, quam Themistocles Athenis erat expulsus, decessit. Themistocles Ol. 77, 2 expulsus est, Aristides igitur fere Ol. 78. 2 diem obiit supremum, v. Corn. Nep. Arist. 3. Diod. Sic. XI. 54 et 55. Ne vero Septem adv. Thebas post Ol. 77, 4 actam esse suspiceris, Ol. 77, 4 iter in Siciliam ab Aeschylo factum esse moneo, de quo v. Excursum. — Definito igitur actionis tempore, restat, ut cui trilogiae annumeranda sit fabula, indicemus. Quae quidem quaestio viros doctos mirum quantum exercuit. Sibelisius in Diatr. de Aesch. Pers. p. 24 et Herm. in Opusc. II. p. 314 seq. Laium, Oedipum et Septem adv. Thebas una trilogia connexas fuisse censent. Boeckh. (Graec. Trag. Princ. p. 269) fabulam hanc Epigonis esse continuatam opinatur. Welcker. in Aesch. Tril. p. 359 seq. hanc trilogiam constituit: Nemeam, Septem adv. Thebas, Phoenissas. Aliorum coniecturas enumerare longum est. Ego quidem argumentis virorum doctorum accurate examinatis non potui, quin in Sibelisii Hermannique sententiam discederem.

13) Plin. H. N. XVIII. 12. Lessing. Vita Aesch. p. 356. Laocoon p. 296. Boeckh. Graec. Trag. Princ. p. 104. Welcker. Aesch. Tril. p. 514. Marmor Ox. Ep. 57. Auctor Vitae Aesch. Plutarch. Cimon. p. 255 seq. Hutt. Diog. Laert. Socrat. 23, 44. Diod. Sic. XI. 63. (pro *Φαίωνος* Jac. Palmer. *Ἀφεψίονος* scribendum esse vidit. Cf. Bentl. Opusc. p. 308.) Athen. VIII. p. 347, e; quem compilavit Eustath. ad Iliad. Ψ 256 (p. 1298, 57). Aristoph. Ran. 819. Pausan. I. 2, 3. Cf. Dodwell. Annal. Thucyd. p. 625 ed. Lips. Herm. Opusc. II. p. 149 seq.

14) Auctor Vitae Aesch., sed pro *τὰς Αἴτνας* cod. Ask. D. lectionem *τὰς Αἰτναίας* restitue. Idem coniecit Welcker. Aesch. Tril. p. 566. n. Minus accurate Auctor ille *τότε κτίζοντος* dicit, quoniam Aetna oppidum Ol. 76, 1 ab Hierone condi coeptum esse testatur: Diod. Sic. XI. 49. cf. Strab. VI. §. 3. p. 268. Boeckh. Graec. Trag. Princ. p. 51. seq. Herm. Opusc. II. p. 150. — Ceterum tam pauca ex hac tragoedia supersunt fragmenta, ut ne titulus quidem qui fuerit satis constet. Nam in Catalogo *τῶν Αἰσχύλου δραμάτων* bis *Αἰτναῖοι* legitur. *Αἴτναι* apud Steph. Byz. v. *Παλικὴ*. Sed apud Hesych. v. *Κρείττονας*, Macrob. Saturn. V. 19, Lydum de Mens. (in fragmentis post librum de Ostentis p. 275) ed. Hase Par. 1823 *Αἴτνα* legitur. Idem Hesych. v. *Αἰμοὶ* et *Αναξίαν* Aeschylum *Αἰτναίαις* citat, quocum Scriptor Vitae consentit. Quapropter non video cur Welcker. l. c. lectionem *Αἰτναῖαι* ceteris praetulerit.

15) Supplem. Vitae Aesch. ap. Robort. lectionibus codd. Ox. et Guelf. emendatum. Schol. Arist. Ran. 1060 ubi *ἀναδεδιδάχθαι* pro *δεδιδάχθαι* scribendum videtur.

16) Prometheum *πυρφόρον* tragoediam non satyricum drama, eamque diversam a Prometheo *πυρκαεῖ* fuisse primus Hemsterhusius vidit ad Pollue. Onomast. IX. 8. segm. 156. Tres illos Prometheos trilogica compositione inter se cohaesisse iam ante Welckerum fuerunt qui suspicarentur, quos enumerat

Ol. 78, 2, quo anno Hiero rex obiit [17]), Athenas reversus, Ol. 80, 1 videtur *Αἰγυπτίους, Ἱκέτιδας, Δαναΐδας* docuisse. Ne huius quidem trilogiae satyricum drama in notitiam nostram venit [18]). Sed cum eodem anno Ephialtes vir popularis potestatis amantissimus Ariopagi

---

Welcker. Aesch. Tril. p. 114. Sed Welckerus de ea re accuratissime omnium disseruit l. c. p. 5 seqq. Supplem. p. 30. seq. Cuius sententiae acerrime repugnat Hermannus in Diariis litt. Lips. 1825. n. 1 seq. Opusc. IV. p. 253 seqq. — Quod ad primae actionis tempus attinet, aliquid momenti habet quod Aetna mons Thucydide teste Ol. 76, 2 (v. III. fin. cf. Diod. Sic. XII. 58.), secundum Marmor Oxon. Ep. 53, cuius computatio accuratior videtur esse, Ol. 75, 2 arsit. Post hanc Aetnae eruptionem Prometheum vinctum esse actam ex Oceani vaticinio v. 371 seq. patet. Schneiderus in Praef. ad Indicem Lect. hiem. 1823 aliquanto post actam esse fabulam censet, quod cum tertius actor ab Sophocle sit inventus, qui primum docuerit fabulam Ol. 77, 3 (rectius Ol. 77, 4), non potuerit ante eum annum fabula produci, quae tres simul in scenam actores afferret. Atqui in Prometheo prodire statim in principio Prometheum, Vulcanum et Robur. Nam etiam Prometheum quamvis tacentem ea in scena tamen agere. Cuius argumentationi assentior, cum ii, qui Aeschylum tertii actoris inventorem perhibent (Aristoteles apud Themistium Orat. XV. p. 385 ed. Petav. Paris. 1618 et is qui Auctarium vitae ap. Robort. scripsit.), errare videantur. Non assentitur Hermann. in Opusc. II. p. 146. n. „Rectene an secus id dixerit vir doctissimus tum poterit iudicari, cum constabit, utrum histrio immotam illam per aliquot horas stationem sustinere potuerit, an simulacrum fuerit, quod manibus pedibusque religatum et cuneo per medium pectus adacto rupi affigebatur. Haec coniectura, quae etiam a Welckero in libro de trilogia Aeschyli p. 30. prolata est, habet quidem, quare in dubitationem vocetur, ut in censura illius libri in Diariis litt. Lips. a. 1825. 1 p. 7 indicavi, sed habet etiam quo valde probabilis esse videatur." Probabilitatem quandam inde oriri existimant Hermannus Welckerusque, quod per duas prope fabulas rupi affixum esse difficile videatur et molestum fuisse histrioni. Quae tamen molestia si non sublata at valde deminuta est temporis intervallo quod inter Prometheos alterum tertiumque intererat. Accedit quod etiam dum affixus esset histrio, hac re sublevationem quandam eum esse nactum verisimile est, quod non tam staret, quam ad rupem se acclinaret et quodam modo sederet. Quodsi nihil habet illa coniectura, quo probabilis esse videatur, quid faciamus ei, si quaedam sunt, quae graviter repugnant? Ipse Hermannus magnopere eam labefactat cum quaerit, quo modo illud simulacrum, cum Prometheus vinculis exsolutus de rupe descensurus esset, cum histrione potuerit commutari? Quod de hac re Welcker. in Supplem. p. 58 seq. disserit, difficultas eo non tollitur. Altera difficultas eaque maior exoritur si quaeris, quomodo simulacro substituto cachinnum spectatorum effugerit Aeschylus? An putas pro homine simulacrum per dromum transportari, rupi affigi, acerbis verbis a Robore castigari, cum multi prope dromum sederent, exigua esset scenae latitudo, et die fabulae agerentur, tamen non sensisse spectatores? Quae cum ita sint, Prometheum post Ol. 77, 4 actam esse veri simillimum est. Neque tamen multo post si recte Reisigius in Enarr. ad O. C. p. 103 versus 1056 seqq. ad Pausaniam spectare existimat, Pausanias autem Ol. 77, 4 proditionis convictus Spartae occisus est. Vide Thuc. I. 134. Diod. Sic. XI. 45. Poppon. ad Thuc. T. II. p. 562. Accedit quod Aetnae erumpentis descriptio Siculorum potissimum in gratiam exhibita videtur, accedunt Siculae sive Doricae voces formaeque (vv. 273. 700. 906 πεδάρσιος. 568 ἄλευ ἆ δᾶ. 607 ἁρμοῖ. 621 μᾶσσον). Conf. etiam Athen. IX. p. 402. Quapropter si omnia, quae nobis prolata sunt, in unum collegeris et accurate perpenderis, Prometheos Ol. 78, 1 aut 2. Syracusis editas esse vix negabis.

17) Diod. Sic. XI. 38. et 66. Minus accurate Aristot. Polit. V. c. 12. Discrepat Schol. Pind. Pyth. III in. Plane aliam temporum notationem exhibet Marmor Oxon. Ep. 54 et 56. cf. Diod. Sic. XI. 53.

18) Athenienses a Lacedaemoniis, quibus in Ithome oppugnanda occupatis auxilio venerant, remissi Ol. 79, 4 cum Argivis Lacedaemoniorum adversariis foedus fecerunt. Conf. Thuc. I. 102. Dodwell. Annal. Thuc. p. 636. T. II. ed. Thucyd. Beck. Ex laudata Argivorum civitate Boeckh. Graec. Trag. Princ. p. 54, Jo.

potestate admodum diminuta ad plebem summam omnium rerum gubernationem detulisset[19]), Aeschylus quippe qui et nobili e gente ortus esset, et nobilitatis studio flagraret, Ol. 80, 2 *'Ορέστειαν*, quae *'Αγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα* complectebatur, edidit, quarum tertia fabula, Eumenides dico, Ariopagi institutionem celebravit. Vicit quidem Dionysiis, sed obtrectatores poetae, cum victorem eum renuntiari audirent, apertam esse in Eumenidibus mysteriorum profanationem vociferantes ingentem in theatro tumultum ediderunt. Neque multum afuit quin lapidibus poeta obrueretur; quapropter cum id cavens ad Bacchi aram confugisset, Ariopagitae ab adversariis ut apud se reum facerent, postularunt. Qua re permoti Aeschyli adversarii diem ei dixerunt. Atque chori *δᾳδουχία* in exitu Eumenidum repraesentata profanati mysterii suspicionem ob quandam pompae Eleusiniae similitudinem videtur praebuisse. Impietatis ergo incusatus, cum ob merita erga patriam et sua et Cynegiri fratris, qui nudato brachio mutilo commiserationem iudicum commoverat, tum eo quod se inscientem mysteria laesisse demonstrabat, capitis absolutus est[20]). Tamen ea res ita commovit Aeschylum, ut relictis Athenis iterum in Siciliam proficisceretur. Gelae Ol. 81, 1 diem obiit supremum. Eius

---

Muellerus v. Argum. Suppl. in edit. Aesch. Butl., et Welckerus in Aesch. Tril. p. 401 post Ol. 79, 4 Aeschylum Supplices edidisse suspicati sunt, quorum auctoritatem sequor. Hauptius (Aesch. Suppl. p. 108). Ol. 79, 1 actam esse fabulam existimat inanibus profecto argumentis usus. — De trilogiae huius compositione consentiunt A. G. Schlegelius (Ueber d. dram. Kunst u. Litt. I. p. 158), Bluemnerus (Ueber d. Idee d. Schicksals in d. Tragoedien d. Aisch. p. 99), Genellius (Attisches Theater p. 21), Conzius (Einleit. z. Uebersetz. der Schutzfleh. p. X seqq.), Welckerus (Aesch. Tril. p. 300 seq.), Hauptius (ad Aesch. Suppl. p. 112), quorum coniecturae non dubitavi, quin calculum adiicerem. Hermannus quidem contradicit (Opusc. II. p. 309 seq.), sed eius argumentis a Welckero satis responsum videtur.

19) Diod. Sic. XI. 77. Plut. Arist. c. 15.

20) Auctor Vitae Aesch. Schol. Arist. Ran. 1155. Schol. Aesch. Agam. Argum. Blomf. ad l. c. p. 5 ed. Lips. Boeckh. Graec. Trag. Princ. p. 36. Diod. Sic. XI. 78. Stanleius ad Catalogum fabularum Aeschyli argumentum Protei ex Bacchi fabulis desumptum atque Bacchum a Proteo Aegyptiorum rege hospitio exceptum caput fabulae fuisse suspicatur. Boeckhius Menelai cum Proteo contentionem, quam in Odyssea Homerus tradidit, repraesentatam fuisse censet l. c. p. 28. 268. Adsentitur Hermannus in Opusc. II. p. 308, negat Welckerus in Aesch. Tril. p. 508. Antiquitatis testimonia desunt. Porro vide Apsinem *περὶ ἀντιπιπτόντων* p. 686. Cuius ultima verba bene annotat Hermannus in Opusc. II. p. 163 satis demonstrare, causam Aeschyli non in verbis sed in magno aliquo aperto crimine esse versatam. In choro Eumenidum accusationis causam fuisse ex iis elucet, quae Auctor V. Aesch. et Pollux (IV. c. 15) narrant, quamquam balbutiunt. Cf. Herm. in Opusc. II. p. 128 seq. 140. 163. Impietatis reum factum esse Aeschylum ex Ael. V. H. V. 19 patet, sed Aelianus Aminiam cum Cynegiro confudit, ut in n. 8 indicatum est. Impietas autem fuit mysteriorum profanatio, v. Arist. Ethic. Nicom. III. 2. Cuius e verbis idem elucet, quod Apsinis verbis significatur, in actione quadam i. e. in chori repraesentatione crimen versatum esse. Bene locum explicavit Lobeckius in Aglaoph. I. p. 77 et 82 seq. Accedit Heraclides Pont. ap. Eustrat. ad Aristot. l. c. Quid vero Aeschylus in Eumenidum choro peccaverit, non ita facile est auspicari. Herm. in Opusc. II. p. 163 id poetae crimini datum esse existimat, quod pro tribus, quas Civitas coleret, Furiis multo plures introduxisset. Lobeckius olim in libellis de myst. graec. argum. III. p. 11 et de praecept. myst. I. p. 5, nunc in Aglaoph. I. p. 81 seq. Ariopagitarum pompam faces ardentes praeferentium et Furiarum solemnem deductionem suspicatur Eleusiniae daduchiae

mors mirifica fuisse traditur. Ab aquila dicunt testudinem in aerem sublatam in senis caput deiectam esse. Id enim fiebat ex oraculo quodam poetae dato: „Coeleste telum te occidet.“ A Gelensibus Aeschylus amplissime elatus est[21]).

De Aeschyli Secta.

Ex iis testimoniis, quae supra attuli, Aeschylum et Athenienses interdum inter se dissensisse, patet. Sed post mortem poetae mirum in modum mutatus populi animus est. Nam mortui Aeschyli tantum Athenienses desiderium cepit, ut fabulas eius festis Dionysiis denuo agi iuberent, multosque eorum, qui docebant, coronarent[22]). Si quaeris, quinam iterum docuerint, ne unus quidem nominatim appellatur. Sed Euphorionem iure suspiceris in iis fuisse, quippe qui nondum actas patris fabulas dicatur docuisse, iisque quater vicisse[23]). Atque cum constet, sectam quandam Aeschyli fuisse, quam *τοὺς περὶ Αἰσχύλον* nominant scriptores veteres, quid veri similius est, quam praeter Euphorionem alios etiam Aeschylo cognatos affinesque et eius societatis sodales fuisse et fabulas Aeschyli iterum atque iterum docuisse? Accedit certum testimonium. Nam Astydamas Aeschyli sororis pronepos in *τοῖς περὶ Αἰσχύλον* numeratur[24]). Quare primum filios Aeschyli Euphorionem et Bionem in eius sectam adscribimus.

---

imaginem praebuisse. Utrique contradicit Welckerus in Aesch. Tril. p. 109 et Hermanno quidem recte, non ita tamen Lobeckio. Suam coniecturam bene tuetur Lobeckius in Aglaoph. I. p. 83. Dissentit quidem etiam Eustratius ad Aristot. l. c. fol. 40, sed eum refutat idem Lobeckius l. c. Eadem ratione refutandus est Clemens Alex. Stromm. II. p. 387, nam hoc quidem Lobeckio non concesserim *ἐξειπεῖν* aliter posse ac de mysteriis per verba divulgatis accipi. Itaque cum iam demonstratum esse videatur, Aeschylum ob Eumenides causam dixisse, restat ut moneam ne quis poetam ab Atheniensibus modo coronatum ab iisdem propter eandam trilogiam in ius vocatum esse miretur. Nam quamvis id mirum esse videatur, si nostros mores, nostrae civitatis statum spectas, tamen non est mirum si levitatem Atheniensium popularisque potestatis turbas perspectas habes. Idem sentit Herm. in Opusc. II. p. 163.

21) De altero itinere Siciliensi v. Excursum. Auctor V. Aesch. utrumque iter confundit. Conf. Supplem. ap. Robort. Eustrat. l. c. Plutarch. de Exil. c. 13. Brunck. Anal. T. II. p. 124. 188. 523. Jacobs. Anthol. I. p. 81. II. p. 110. 172. Plutarch. Vit. Cim. p. 255 seq. Hutten. Marmor Oxon. Ep. 60. Schol. Aristoph. Acharn. 10. Diod. Sic. XI. 84. Contorte loquitur Suidas v. *Αἰσχύλος*, cuius in verbis pro *νῇ* Herm. in Opusc. II. p. 161 recte *ξῇ* coniecisse negaverim. Porro Suidas v. *χελώνη*. Valer. Maxim. IX. 12. Plin. H. N. X. 3. Aelian. H. Anim. VII. 16. Sotades ap. Herm. in Elem. doctr. metr. p. 447.

22) Auctor V. Aesch. Philostr. in Vita Apollonii VI. 11. p. 245. Aristoph. Acharn. 10. c. Schol., Aristoph. Ran. 890 seq. c. Schol. Quintil. X. 1, 66.

23) Suidas v. *Εὐφορίων*.

24) Schol. ad Aristoph. Ran. 73 de Sophocle: *οὐ μόνον δὲ Χοιρίλῳ καὶ τοῖς περὶ Αἰσχύλον καὶ Εὐριπίδην, ἀλλὰ καὶ Ἰοφῶντι συνηγωνίσατο τῷ υἱῷ.* Scholiastes *τοὺς περὶ Αἰσχύλον* Aeschylum, Euphorionem, Philoclem alios nominat, cf. Aristoph. Byz. in Argum. Eurip. Med. et Argum. Soph. O. R. Aristides T. II. p. 422 (p. 256 Jebb.). Hermannus vero in Opusc. II. p. 156 verba *τοὺς περὶ Αἰσχύλον* de solo Aeschylo intelligi debere contendit, eos increpans, qui de quadam Aeschyli secta cogitent. Cur debeant

Uterque suis etiam fabulis certamina tragica iniit, et Euphorio certe non sine gloria, nam Ol. 87, 1 et Sophoclem et Euripidem vicit[25]). Porro Philoclem non praetermittam, Philopithis et Aeschyli sororis filium, qui Sophoclem Oedipum Regem docentem tetralogia quadam, cui nomen *Πανδιονίς* erat, vicit. Eius tetralogiae una fabula *Τηρεύς* sive *Ἔποψ* fuit. Centum fabulas Philocles scripsisse dicitur, de quibus hae a Suida citantur; *Ἠριγόνη, Ναύπλιος, Οἰδίπους, Οἰνεύς, Πρίαμος, Πηνελόπη, Φιλοκτήτης.* Tametsi in victoria de Sophocle reportata momenti aliquid est, ut bene de hoc poeta sentias, fuerunt tamen, qui male de eo iudicarent.[26]) Sequuntur Philocli filii Morsimus et Melanthius pessimi poetae, si quidem Aristophanem idoneum tragicorum iudicem ducis[27]). Morsimi filius est Astydamas, cuius supra iam mentionem fecimus, tragicus clarissimus, sed idem homo superbus. Primum Ol. 95, 2 docuit. Quindecies vicit. Ex victoriis ea notata est, quam Ol. 101, 4 rettulit. Tragoedias ducentas quadraginta eum scripsisse tradunt. Quem cum in deliciis haberent Athenienses, statua aënea honoraverunt. Sexaginta autem annos natus obiit. Denique ne quem praeteream, Philoclem et Astydamantem minores nomino, Astydamantis filios, nobis quidem parum notos homines[28]).

---

illa verba de solo Aeschylo intelligi, causam nec attulit Hermannus nec ego video, cur non possint causam video. Nemo enim Graecorum si plura nomina propria coniunxit, in mediis hac circumlocutione *οἱ περί τινα* sive *οἱ ἀμφί τινα* usus est, in primo vero et ultimo abstinuit. Ad partes vocavit Hermann. Auctorem Vitae Sophoclis: *συνηγωνίσατο δὲ Αἰσχύλῳ καὶ Εὐριπίδῃ καὶ Χοιρίλῳ καὶ Ἀριστίᾳ καὶ ἄλλοις καὶ Ἰοφῶντι τῷ υἱῷ.* At ex his verbis hercle nihil aliud elucet, quam Auctorem Vitae nec consentire cum Scholiasta et negligentius de hac re exposuisse, quippe qui Sophoclem etiam cum Euphorione et Philocle certavisse aut nescierit, aut reticuerit. Gravissimum autem Aeschyleae sectae testimonium exhibet Diog. Laert. in Vita Socratis. 23, 43. Is postquam dixit, Athenienses interfecto Socrate mox Melitum capitis damnandum, Socratem vero statua honorandum decrevisse: *οὐ μόνον δὲ* inquit, *ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων· καὶ γὰρ Ὅμηρον καθά φησιν Ἡρακλείδης πεντήκοντα δραχμαῖς ὡς μαινόμενον ἐτίμησαν καὶ Τυρταῖον παρακόπτειν ἔλεγον, καὶ Ἀστυδάμαντα πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλον ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ.* Sensus est: „Non solum in Socrate Atheniensibus hoc accidit, sed etiam in plurimis, etenim Homerum id quod dicit Heraclides quinquaginta drachmis veluti insanientem multarunt et Tyrtaeum insanire dicebant et Astydamantem primum ex Aeschyli secta statua aënea honoraverunt." Ex Aeschyli secta duobus viris, quod sciamus, is honor habitus est, Aeschylo ipsi (Plutarch. X. Orat. p. 252 Hutt. Pausan. I. 21, 3), et Astydamanti (cf. etiam Photium et Suidam v. *σαυτὴν ἐπαινεῖς*), et priori quidem Astydamanti, superbo homini, quam ob rem Athenienses a Diogene reprehenduntur. Sed Hermann. ut Aeschyli sectam evitet, hunc locum emendandum esse affirmat. Hoc tamen recte demonstravit, Aeschylo post Astydamantem demum statuam decretam esse. Praeclare de hac re exposuit Boeckh. de Graec. Trag. Princ. p. 31. seq.

25) Suidas v. *Αἰσχύλος* et v. *Εὐφορίων*. Aristoph. Byzant. in Argum. Eurip. Med. Diod. Sic. XII. 37.

26) Argum. Soph. Oed. T. Pandionide Sophoclem vicit Philocles, quod indignum esse iudicat Aristides in T. II. p. 422 (p. 256 ed. Jebb.). Vide porro Arist. Av. 282 c. Schol. cuius verba corrupta sunt. Primum pro *ἐγὼ δὲ ἔποπος* lege *ἐγὼ δὲ πάππος*. Deinde pro *κωμῳδίας ποιητής* e Kuesteri emendatione *τραγῳδίας π.* Cetera emendavit Boeckhius de Graec. Trag. Princ. p. 33. Conf. etiam Suidam vv. *Φιλοκλῆς* et *Ἀστυδάμας*.

27) Aristoph. l. c. et in Pace v. 803 c. Schol. et Fabricii Catal. in Bibl. Gr. T. II. p. 310 seq. ed. Harles.

28) Diod. Sic. XIV. c. 43. 48. Marmor Ox. Ep. 68. Suidas v. *Ἀστυδάμας*. Idem et Photius v. *σαυτὴν ἐπαινεῖς*. Zenobius V. 100. Diog. Laert. in nota nostra 24.

Quanto in honore apud Athenienses Aeschylus fuerit non solum repetitae fabularum actiones sed etiam hoc est argumento, quod in conviviis Athenienses myrti ramos tenentes carmina eius decantaverunt. Quin etiam tragici poetae ad Aeschyli sepulcrum sacra fecisse et fabulas eius dedisse dicuntur. Postremo auctore Lycurgo oratore statuam aëneam Aeschylo una cum Sophocle et Euripide Athenienses decreverunt [29]). Etiam reges carminum Aeschyleorum amantissimi fuerunt. Dionysius Syracusarum tyrannus Aeschyli pugillares emit, tragoediae Aeschyli ab Harpalo ad Alexandrum Magnum missae sunt, atque Ptolemaeus III Euergetes I Aegypti rex quindecim talentis pignori datis trium tragicorum codicem publice et exaratum et asservatum ab Atheniensibus accepit, neque reddidit [30]).

Quid Aeschylus in tragoedia praestiterit.

Cum multi sint, qui ex fabulis Aeschyli notioribus de ingenio Aeschyli disputaverint, neminem adhuc video, qui veterum scriptorum testimonia et judicia de virtutibus et vitiis Aeschyli accurate collegerit et explicaverit. Quod quominus ipse hic faciam arti huius libelli fines prohibent. Quare nunc magis indicare quam illustrare omnia, alio tempore iusta argumentatione explanare in animo est.

Constat tragoediam Thespide antiquiorem esse, Thespim vero dramaticam tragoediae formam excogitasse [31]). Quae tragoedia rudis incultaque a Phrynicho aliquantum amplificata et expolita est. Is poeta tribus potissimum rebus gloriam sibi paravit: cantibus, saltationibus, novis dramatum argumentis. Nam cum Thespis ludicra et scurrilia argumenta ex Bacchicis fabulis deprompta tractasset, Phrynichus mutato consilio ad gravitatem et severitatem tragoediam produxit [32]). Nonnulli alii poetae tragici Phrynicho Aeschyloque suppares nominantur, sed quia minore gloria excellunt, hic consulto relinquuntur [33]). Omnes ita superavit Aeschylus

---

29) Aristoph. Nub. 1367 c. Schol. Suidas *v. μυῤῥίνη*. Plutarch. Vit. X Orat. ed. Hutten. T. XII p. 252. Pausan. I. 21, 3. Auctor V. Aesch.

30) Lucian. adv. Indoctos c. 15. Plutarch. l. c. et in V. Alexandri c. 8. Boeckh. Graec. Trag. Princ. p. 13.

31) Diog. Laert. in V. Platon. XXXIV. 56. Athen. XIV. p. 630. Thiersch. in Introduct. ad Pind. T. I. p. 158. Boeckh. in Oeconomia Athen. T. II. p. 362. sq.

32) Schneider. de Origg. Trag. Gr. p. 64 seqq. Thespidis tragoedias satyrica dramata fuisse primus Bentleius vidit. Conf. Opusc. p. 284. Adsentiuntur Hermannus (ad Arist. A. P. p. 108), Kanngiesserus (Kom. Buehne in Attica p. 57), Eichstaedt. (de Dramate Graecorum comico-satyrico p. 28). Thiersch. l. c. Alii severi argumenti tragoediam Thespidi tribuunt, in quibus doleo esse Pinzgerum, virum veteri amicitia mecum coniunctum. Vide eius libellum, quem de dramatis Graecorum Satyrici origine scripsit, p. 16 seq. Praeterea consulendi sunt Aristot. in A. P. c. 4, 17. Diod. Sic. IV, 5. Suidas v. *Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον*. Plutarch. in Symp. I. 1, 5. Quae contra haec disputavit Welckerus in Supplem. p. 257 seqq. facile refelli possunt.

33) Pratinam, Choerilum, Carcinum dico. Vide Schneid. l. c. p. 88. seqq. Eichstaedt. l. c. p. 28. 33. Pinzger. l. c. p. 22. Welcker. in Tril. p. 497 et in Supplem. p. 280. seqq. 291.

et multis inventis et sermonis sublimitate et artificiosa argumenti tractatione, ut alii scriptores capita tragicorum enumerantes Aeschylum statim post Thespim nominent, ceteris tragicis neglectis, alii etiam Thespide neglecto patrem tragoediae Aeschylum faciant [34]).

Quid in tragoedia novaverit Aeschylus si quaerimus, prae ceteris Aristoteles audiendus est in Arte Poet. c. 4, 16: „Numerum histrionum, inquit, ab uno ad duos primus Aeschylus adduxit, et chori carmina minuit, et primarum partium actorem instituit [35]).“ Perpaucis verbis Aristoteles tantas tragoediae mutationes Aeschylo attribuit, ut si omnia accurate perpenderis vix neges, tragoediam post exigua primordia ab Aeschylo paene esse perfectam et absolutam. Tertium actorem utrum Aeschylus an Sophocles invenerit, cum antiqui scriptores sibi ipsi contradicant, parum liquet. Ii tamen recte facere videntur, qui Sophoclem inventorem nominant [36]). Sed miretur fortasse quis si legerit, cantica ab Aeschylo deminuta esse, quippe cuius in fabulis cantica dimidium certe totius dramatis expleant. Is vero velim meminerit, ante Aeschylum actionem ipsam in tragoedia rem secundariam fuisse, ante Thespim plane nullam [37]). Aeschylus igitur primus fecit, ut actio cantica aequaret [38]).

Haec cum gravissima Aeschyli merita sint, alia non pauca extant eiusdem poetae, cum illis quidem non comparanda, quae tamen ad tragoediam excolendam permultum fecerint. Multa in chori saltationibus artificiose excogitavit instituitque, chorum ipsum splendide ornavit [39]). Scenicum apparatum ita auxit, ut qui antea extabat, paene nullus fuisse videatur. Pulpitum

---

34) Vitae Aesch. Suppl. ap. Rob. Dioscorides ap. Brunck. in Anal. I. p. 497 et in Jacobsii Anthol. I. p. 248. Horat. A. P. 274. seqq. Philostr. V. A. VII. p. 245. *Ἀθηναῖοι πατέρα τῆς τραγῳδίας αὐτὸν ἡγοῦντο.*

35) Verba Aristotelis *τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε* fuerunt qui ad numerum choreutarum deminutum referrent, quos enumeravit et refellit Hermannus in Opusc. II. p. 129. seq. 140. Addendus est iis Schneiderus l. c. p. 98. Aristoteli adsentitur Philostr. in V. Apollon VI. 11. Tragici chori quinis denis fere personis constabant, vide Herm. l. c., in Censura Welck. Aesch. Tril. p. 10 et Welcker. in Aesch. Tril. p. 43. 61. seqq.

36) Aristot. in A. P. c. 4, 16. Diog. Laert. in Vita Plat. XXXIV, 56. Suidas v. *Σοφοκλῆς*. Dicaearchus Messenius in Supplem. ap. Robort., Auctor Vitae Soph. tertii actoris inventionem Sophocli tribuunt. Aeschylo tribuunt idem Aristoteles ap. Themist. in Orat. XV. p. 385 ed. Petav. Paris. 1618 et Auctor Supplem. Vitae Aeschyli ap. Robertellum. Hoc vero Aristotelem diversis temporibus diversas in sententias videtur deduxisse, quod cum Sophocles tertii actoris inventor perhiberetur, in nonnullis tamen Aeschyli fabulis tertium actorem apparere vidit. Nimirum Sophoclis exemplum secutus, in fabulis, quas senex scripsit, tertium actorem Aeschylus adiunxit. Quae sententia est Dahlmanni in Primordiis et Successu vet. Comoediae etc. p. 29. Auctor Supplementi Aristoteli videtur obsecutus esse. De quarto actore vide Polluc. IV. 10. V. 15, sed conf. Tyrwhitt. et Herm. ad Aristot. A. P. 4, 16 p. 109. seq.

37) Diog. Laert. Plat. XXXIV. 56.

38) Hermannum secutus Aristotelis verba *τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν* verti „primarum partium actorem.“ Quid sit *λόγος πρωταγωνιστής* diversa ratione explicant Hermannus et Schneiderus de Origg. trag. Graecae p. 102 seqq.

39) Athen. I. p. 21, e. Auctor Vitae Aesch. Philostr. in V. Apoll. VI. 11.

invenisse Aeschylum multi testantur. Histriones ut corporum magnitudine propius ad heroes accederent, cothurno in scena uti iussit. Idem vestitum histrionum splendidiorem et augustiorem reddidit. Etiam larvarum inventor fuisse dicitur, quamquam lintearum certe larvarum inventio etiam Thespidi adscribitur. Nec vero hic substitit Aeschylus, sed etiam picturis scenam exornavit, etiam machinas adhibuit, aras, sepulcra, tubas, spectra, Diras. Quapropter Longinus nobiles atque heroicas laudat Aeschyli *φαντασίας*[40]).

Quod ad sermonem attinet omnes testes magniloquentiam poetae commemorant aut laudantes aut reprehendentes. Nam etiam qui reprehenderent eius genus dicendi multi fuerunt, ut rude, asperum, vitiosum. Plures tamen, qui sublimitatem et spiritum orationis admirati in hac quoque poesis parte Aeschylum praedicarent[41]).

De fabularum compositione neminem video veterum copiose locutum esse. Sed quae nobis Auctor Vitae Aeschyli ni fallor ex Alexandrinorum criticorum commentariis tradidit, tum magnam partem ad hanc rem spectant, tum omnino lectu digna sunt. Quam ob rem, quod eius argumentationis caput fere est, hic subiungam: Aeschyli fabulae subitos fortunae casus et rerum mutationes non multas habent. Gravitatem appetit poeta, eam antiquo et heroico tempore dignam existimans. Quicquid vero fraudulentum, argutum, sententiosumque sit, a tragoedia alienum iudicat. Gravitatis exempla duo afferuntur: Niobe involuta, quae usque ad tertiam fabulae partem taciturna in liberorum sepulcro sedet, atque Achilles *ἐν τοῖς Ἕκτορος λύτροις* similiter involutus, item taciturnus. Itaque permulti sunt loci apud Aeschylum, qui tractationis praestantia antecellant, lamentationes vero et sententiae, quae lacrimas moveant, raro reperiuntur[42]).

---

40) Philostr. l. c. Alter Philostr. in Vitis Soph. p. 492. Horat. A. P. 279 c. Porphyrionis scholio, Dio Chrysost. Orat. LII. Athen. I. l. c. Himerius in Orat. XXXIII. 4, Dioscorides ap. Brunck. in Anal. I. p. 497. et ap. Jacobs. Anthol. I. p. 248. Longin. *περὶ ὕψους* s. XV, Auctor V. Aesch. c. Supplem. ap. Rob. Vitruv. Architect. VII. Prooem. Sed Aristoteles in A. P. 4, 16 *σκηνογραφίαν* Sophoclis inventionem esse ait, et Themist. in Orat. XXVI pulpiti quidem auctorem Aeschylum facit, ceteri vero apparatus scenici Sophoclem et Euripidem. Utrumque scriptorem male iudicasse facile est demonstrare.

41) Quid multi Aristophanis aequales de Aeschylo sentirent, demonstravit Euripides Aristophaneus in Ranis. Accedunt Quint. X, 1, 66 et Longin. l. c. Plures tamen sunt laudatores, prae ceteris Aristophanes ipse in Ranis, Dionys. Halic. de Compos. Verb. p. 150, de Admir. vi dicendi in Demosth. p. 1073, de Poetis Vett. p. 422 ed. Reiske, Horat. A. P. l. c. Dio Chrysost. in Orat. LII. Aristid. Orat. Plat. 2. T. II. p. 133 ed. Jebb. p. 220 ed. Canter. Himerius ap. Photium p. 328 ed. Schotti 1653. Plutarchus de Gloria Atheniensium c. 5 ed. Hutten. T. IX. p. 92 tribus clarissimis tragicis collatis, Aeschylo *στόμα*, Sophocli *λογιότητα*, Euripidi *σοφίαν* tribuit. Cui consentit Phrynichus ap. Phot. l. c. statuens *τῶν τραγικῶν Αἰσχύλον τὸν μεγαλοφωνότατον καὶ Σοφοκλέα τὸν γλυκὺν καὶ τὸν πάνσοφον Εὐριπίδην*. Confer praeterea Athen. VIII. c. 8. p. 347. Suid. vv. *ἐριβρεμέτης*, *ψόφου πλέως*, *λῆμα*, Antipatr. Thessal. ap. Brunck. in Anal. T. II. p. 124, ap. Jacobs. in Anthol. II. p. 110.

42) Confer Eustath. ad Odyss. Ψ. p. 1941 ab init. et ad Iliad. Ω. p. 1343 l. 62.

De Aeschyli itineribus Excursus.

Quotiens quibusque temporibus Aeschylus in Siciliam profectus sit, expositurus conclamatae desperataeque rei medentes me manus adhibere bene video. Neque me fugit, cum multi hucusque magna ingenii contentione rem aggressi sint, iis tamen idem accidisse, quod Sisypho apud Homerum:

ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε
λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον. ἀλλ' ὅτε μέλλοι
ἄκρον ὑπερβαλέειν, τότ' ἀποστρέψασκε κραταιὶς
αὖτις· ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής.

Cuius tamen aerumnae causa in promptu est et in propatulo. Nimirum maxima in iis iam confusio deprehenditur, quae ab antiquis scriptoribus de Aeschyli itineribus traduntur. Quapropter viri docti nostrae aetatis in diversas abierunt sententias. Verum cum longum sit, omnes omnium coniecturas examinare, praestantissimorum modo virorum sententias in medium proferam et recensebo. Hi sunt Boeckhius, Hermannus, Welckerus.

Quorum primus Boeckhius (Graec. Trag. Princ. c. 5. p. 46 seqq.) Aeschylum post Ol. 77, 4 in Siciliam abiisse, neque Athenas umquam rediisse statuit. Cui coniecturae quamvis omnes testes favere videantur, quippe qui ita loquantur, tamquam semel Aeschylus in Siciliam profectus sit, hoc tamen obstat, quod Aeschylus Ol. 80, 2 Orestia vicisse a bonae notae scriptoribus traditur. Quae res cum minime fugeret Boeckhium, Orestiam Athenas missam et ab amico aliquo aut ab cognato editam esse censuit (l. c. p. 41). „Unum hoc omnes concedent, inquit Boeckh. p. 53, qui veterum loca probe perspexerint, ex profectione suscepta post Ol. 77, 4 cum victus esset a Sophocle non rediisse Aeschylum.“ Contra ea Hermannus in Opusc. II. p. 155 seqq. negat Boeckhii de Orestiae actione opinionem cum didascaliarum et aliorum scriptorum testimoniis posse conciliari, et recte negat, ut mihi quidem videtur. Idem quod Hermannus existimat Blomfieldius ad Agam. Argum. p. 6 ed. Lips. Conferatur etiam locus quidam ap. Auctor. V. Aesch. quem in fine huius disputationis afferemus. Praeterea de Aeschyli itinere Ol. 76, 1 aut 2 Syracusas suscepto ambigit Boeckhius, quod cum Welckerus confidentius proposuerit argumentisque stabilire conatus sit, infra in quaestionem vocabimus. Hoc tamen perbene demonstravit Boeckhius, Ol. 77, 4 Aeschylum Syracusas demigrasse.

A Boeckhii sententia longissime abest ea, quam Hermannus in Opusc. II. p. 147 seqq. protulit. Hic ut quae a scriptoribus satis confuse de Aeschyli itineribus traduntur explanaret et digereret, quater Aeschylum in Siciliam iter fecisse statuit: Ol. 70, 1. 73, 1. (debebat 72, 4 statuere) 77, 4. 80, 2. Contra quem statim in universum, antequam in singula inquiram itinera, hoc moneo, si quis illius temporis rationem et itinerum maritimorum difficultatem spectet, non esse veri simile, Aeschylum quater in Siciliam esse profectum, neque id de ullo ho-

mine eius aetatis credi posse, nisi certis antiquitatis testimoniis evincatur. Sed singula examinemus. Primum iter stabilire studet Hermannus Suidae testimonio v. *Αἰσχύλος· φυγὼν δὲ εἰς Σικελίαν διὰ τὸ πεσεῖν τὰ ἰκρία ἐπιδεικνυμένου αὐτοῦ, χελώνης ἐπιῤῥιφείσης αὐτῷ ὑπὸ ἀετοῦ φέροντος κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀπώλετο ἐτῶν νή γενόμενος.* Tabulata Ol. 70, 1 collapsa esse, constat. Nolo contra Hermannum urgere in hoc Suidae loco cum alia negligenter scripta tum numerum in extremis (cf. n. 21) aperte esse falsum, hoc quaero, quo tandem pacto factum sit, ut Aeschylus ob collapsa tabulata in Siciliam fugeret? Hermannus p. 152 Aeschylum in invidiam quorundam incurrisse ait, quod tanto studio ad eum confluxisse populus visus esset, ut non modo tabulata ruerent, sed ea re etiam Pratinae fabula impediretur. Quae odia ut evitaret simulque sui desiderium excitaret, in Siciliam abiisse. Haec omnia vereor ne facile redarguantur. Primo enim si ad Aeschylum magno studio populum confluxisse affirmat Hermannus, non minore studio ad Pratinam Choerilumque, quibuscum poetis eo tempore ille certabat, confluxisse concedere cogitur. Quid ergo? cur non in eandam invidiam incurrerunt Pratinas et Choerilus? cur non ob eandem invidiam solum verterunt? Deinde ob quorundam invidiam sive odia Aeschylum Athenis cessisse vix reperietur qui credat. Quin immo, cum apud populum in gratia Aeschylum fuisse dicat Hermannus, et ob istam ipsam gratiam in paucorum odium incurrisse, multo veri similius est, Aeschylum non ob quorundam odia Athenis effugisse, sed ob populi gratiam Athenis mansisse. Sed quid tam multis verbis contra invidiam illam pugno, quae nunquam fuit, sed ficta est ab Hermanno? Postremo, si Ol. 70, 1 Aeschylus in Siciliam fugit, quaerendum est apud quem et quo in oppido deversatus sit. Nam Hiero Syracusarum rex, cuius hospes Aeschylus erat, ex Ol. 75, 3 demum regnavit. Apud Gelenses ait Hermannus. At haec est altera fictio. Quare neque Suidae neque Hermanno equidem credo Aeschylum Ol. 70, 1 in Siciliam Athenis fugisse. Reliquum est ut explicemus, quomodo errare potuerit Suidas. Cum et Ol. 70, 1 et Ol. 80, 2 in Aeschyli actionibus magni populi tumultus exstitissent, Suidas tempora miscuit, et quod Ol. 80, 2 factum erat, iam Ol. 70, 1 factum esse tradidit. Boeckhius l. c. p. 38 seq. Suidae verba ad tumultum Ol. 77, 4 ortum referre videtur. Non refrager, si quidem hoc prius iter fugae nomine possit appellari. Sed redeamus ad Hermannum. Secundum iter Hermannus p. 145. 153. 162 Aeschylum propterea suscepisse ait, quod a Simonide carmine elegiaco victus esset. Testis est Auctor Vitae Aeschyli: *Ἀπῆρε δὲ πρὸς Ἱέρωνα τῆς Σικελίας τύραννον κατὰ ἐνίους ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείῳ ἡσσηθεὶς Σιμωνίδῃ.* Verum iure mihi videor dubitare num ob eam victoriam Aeschylus patriam reliquerit. Nam cum ob suam in tragica arte praestantiam summa auctoritate et celebritate apud Athenienses floreret, atque Athenienses tragicam poesin pluris aestimarent, quam elegiacam, neque non ipse elegiacae minorem operam daret, propter Simonidis victoriam vix potuit ita effervescere, ut in voluntarium abiret exilium. Accedit, quod Ol. 72, 4 propterea non potuit ad Hieronem Syracusarum tyrannum se conferre, quod Ol. 75, 3 demum Hiero, tyrannus factus est. Errarunt ergo, qui Aeschylum a Simonide victum in Siciliam abiisse opinabantur. Neque latet fons erroris. Nam cum Aeschylum bis victum esse innotuisset, et a Simonide et a Sophocle, atque a Sophocle victum in Siciliam abiisse, illi utrumque

confuderunt, et post Simonidis victoriam Aeschylum Athenas reliquisse putarunt. De itineribus tertio et quarto tam erudite Hermannus disseruit, ut neminem argumentationi eius refragari posse crederem, nisi Welckerum, quod tertium quidem iter attinet, dissentire viderem. Itaque opus est rem altius repetere.

A veteribus scriptoribus, quos n. 13 citavi, haec tradita sunt: Aeschylum Ol. 77, 4 iratum Atheniensibus, quod Sophoclem sibi in certaminibus tragicis praetulissent, ad Hieronem abiisse. Contra ea Welckerus (Aesch. Tril. p. 516) haec profert: „Der angegebene Beweggrund zur Entfernung wird durch Aristophanes, durch sein Schweigen zwar nur, aber dennoch wahrscheinlich genug widerlegt. In den Fröschen ist nehmlich eine gewisse erhabene Zornmüthigkeit des Aeschylus mit stolzem Kraftgefühl verbunden, so deutlich und absichtlich gezeichnet, dass eine so auffallende Sache als Flucht wegen Beleidigung durch den Vorzug des Sophocles kaum übergangen werden konnte, und ein ganz anderes persönliches Verhältniss zwischen beiden ausgedrückt sein müsste. Im Gegentheil ist Aeschylus dort dem Sophocles sehr zugethan (1515), so wie dieser (790) ihm willig den Thron überlässt." Hic non possum non mirari, quod Welckerus vir elegantis iudicii non intellexit, quid Aristophani pro fabulae illius argumento faciendum fuerit, quidve relinquendum. Etenim cum hoc Aristophani propositum esset, ut castigatis malis tragicis poetis Aeschylum Atheniensibus commendaret, atque civibus persuadere vellet, ut Euripidi, quem in deliciis habebant, Aeschylum anteferrent, stulte hercules fecisset, si Athenienses illius simultatis commoneret. Minus etiam quadrat, quod de amicitia Aeschyli et Sophoclis profert Welckerus. Nam illa apud Aristophanem amicitia qua tandem ratione ea refelluntur, quae Plutarchus et Vitae Scriptor narrant? Utrum Sophocli an Atheniensibus iratus Aeschylus Athenas reliquit? Pergit argumentari Welckerus p. 518: „Ein Athener und Marathonsieger, nahe dem Greisenalter, brauchte wohl mehr Grund um seine Vaterstadt zu meiden, als dass er an einem Dionysischen Festtage nicht gekränzt worden war, was doch keinem an allen zu Theil werden konnte." At causa itineris non haec fuit Aeschylo, quod non esset coronatus, sed quod ipsum tragoediae patrem, postquam summa praestitisset in tragoedia, poetae in tragoedia tironi, prima ingenii rudimenta ponenti, discipulo suo (Vita Soph. *παρ' Αἰσχύλῳ τὴν τραγῳδίαν ἔμαθεν*) Athenienses posthabuissent. Denique cum Auctor Vitae Aesch. narret, Aeschylo in Siciliam adveniente Hieronem Aetnam oppidum condidisse, atque poetam Aetnaeas fabulam, incolis felicem vitam augurantem, edidisse, certumque sit Aetnam Ol. 76, 1 conditam esse, negat Welckerus p. 519 Aeschylum Ol. 77, 4 demum in Siciliam venisse, quandoquidem nec Ol. 74, 4 Hiero Aetnam condiderit, nec veri simile sit, Aeschylum post octo aut novem annos civitati gratulatum. Quae si vere sunt dicta, efficitur iis, etiam ante Ol. 77, 4 in Siciliam profectum esse Aeschylum, iter Ol. 77, 4 susceptum non redarguitur. Sed ne id quidem concedo, ante Ol. 77, 4 in Siciliam abiisse Aeschylum, quia nec veri simile est uno anno aedificatam esse Aetnam, neque abest suspicio, quin Auctor Vitae, quippe qui summa incuria vera falsa, bona mala corraderet, *κτίζοντος* negligenter pro *κτίσαντος* scripserit. Atque civitati nuper constitutae gratulatum esse Aeschy-

lum ne credamus, quid vetat? Conf. Herm. in Opusc. II. p. 150. Iniuria igitur Welckerus Aeschylum ante Ol. 77, 4 in Siciliam abiisse censet. In hoc tamen video Welckerum p. 520 seq. cum Hermanno consentire, quod statuit, Aeschylum iterum Ol. 80, 2 in Siciliam se contulisse, et Ol. 81, 1 Gelae mortuum esse.

Quae cum ita sint, nunc quid certi inde effectum sit, videamus. Primum ex certis testimoniis (Pausan. I. 2, 3. Auctor. Vitae Aesch. cum Supplem. ap. Robort. Eratosth. ap. Schol. Aristoph. Ran. 1060) patet, Aeschylum aliquamdiu apud regem Hieronem Syracusis deversatum esse. Is cum ab Ol. 75, 3 usque ad Ol. 78, 2 regnaverit (Diod. Sic. XI. 38. 66. Schol. Pind. Pyth. I. 1) hoc tempore Aeschylum in Siciliam profectum esse necessarium est. Quaeritur quo anno? Nec Ol. 70, 1, nec Ol. 72, 4, nec Ol. 76, 1 profectum esse, tum ex temporum ratione tum ex aliis causis constat. Auctor Vitae Aesch. et Plutarchus Ol. 77, 4 iter fecisse testantur, quod verum iudicant Boeckhius et Hermannus, repugnante Welckero cuius tamen argumenta redarguisse mihi videor. Itaque Ol. 77, 4 Aeschylum ad Hieronem Syracusas se contulisse satis certum est. Deinde affirmant testes et multi et non spernendi (Plut. in Vita Cim. p. 255 seq. Hutt. et de Exilio c. 13, Eustrat. ad Aristot. Eth. III. 2 fol. Brunck. Anal. T. II. p. 1885. 23. Val. Max. IX. 12, Marmor Ox. Ep. 60. Auctor V. Aesch.) Aeschylum sive Gelae sive ad Gelam mortuum esse, idque Ol. 81, 1 factum esse certissimis testimoniis efficitur. Quapropter Boeckhius ex Ol. 77, 4 usque ad mortem Aeschylum in Sicilia versatum esse opinatus est. At ex Argum. Aesch. Agam. et ex iis quae Apsines, Pollux, Aelianus, Clemens Alexandrinus, Heraclides Ponticus et Aristoteles tradiderunt (vide n. 20), elucet, Aeschylum Ol. 80, 2 Athenis fuisse. Itaque iam argumentatione facillime demonstratur, Aeschylum iterum Ol. 80, 2 patriam reliquisse. Quod stabilitur duobus testimoniis ap. Auctorem V. Aesch., qui primum inter causas itineris Siciliensis etiam hanc commemorat: *τινὲς δέ φασιν ἐν τῇ ἐπιδείξει τῶν Εὐμενίδων σποράδην εἰσαγαγόντα τὸν χορὸν τοσοῦτον ἐκπλῆξαι τὸν δῆμον ὥστε τὰ μὲν νήπια ἐκψῦξαι, τὰ δὲ ἔμβρυα ἐξαμβλωθῆναι·* In his veritas cum ineptis commentis mista est. Alterum vero testimonium his verbis continetur: *Ἐλθὼν εἰς Σικελίαν ..... ἐπιζήσας τρίτον ἔτος ὢν ἐτῶν πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα τοῦτον ἐτελεύτα τὸν τρόπον·* Si tres annos in Sicilia vixit Aeschylus antequam Ol. 81, 1 moreretur, ut Ol. 80, 2 Athenas reliquerit, necessario sequitur. Itaque Aeschylus bis in Siciliam profectus est: Ol. 77, 4 et Ol. 80, 2.

Schulnachrichten.

A. Allgemeine Lehrverfassung.

I. Prima.

Ordinarius: der Director Ribbeck.

1. Sprachunterricht.

Latein. Der Director Ribbeck erklärte in 4 wöchentlichen Stunden *Cicero's* Verrinische Reden (die *Actio prima* und das 1ste Buch der *Accusatio*); ferner das 5te, 6te und 11te Buch von den *Annalen des Tacitus*. Auf diese beiden Schriftsteller bezogen sich auch die Privatstudien der Schüler. Eine Stunde wöchentlich war dem Vortrage der Theorie des lateinischen Stils und der *Syntaxis ornata*, 2 den stilistischen Uebungen gewidmet. — Der Professor Dr. Lange las in 2 w. St. das 2te Buch der *Satiren* und das erste der *Oden des Horatius*. Im Ganzen 9 lateinische Stunden.

Griechisch. Wöchentlich 6 Stunden. In 4 Stunden las der Professor Dr. Engelhardt *Plato's Protagoras*, *Laches*, *Eutyphro* und die *Apologie des Socrates*; erläuterte die schwierigeren Lehren der *Syntax* und veranstaltete Uebungen im Schreiben. — *Homer's Ilias*, 3tes und 4tes Buch, und den *Philoctet des Sophocles* erklärte Prof. Lange in 2 w. St.

Deutsch. 2 St. w. Geschichte der deutschen Literatur und stilist. Uebungen durch Aufsätze und freie Vorträge. Im 1sten Semester ertheilte diesen Unterricht der Herr Professor D. Brunnemann, im 2ten der Doctor Ag. Benary, Mitglied des K. Seminars für gelehrte Schulen.

Französisch. 2 Stunden. Der Prediger St. Martin beschäftigte die Schüler durch die Lectüre des poetischen Theils von Nolte's Handbuch und durch schriftliche Uebungen.

Hebräisch. 2 St. Prof. Engelhardt. Erklärung der *Psalmen* (30 — 55.); Erläuterung der Lehren von den regelm. und unregelm. Verben, dem Nomen und der Declination; schriftliche Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen ins Hebräische.

2. Wissenschaftlicher Unterricht.

Religion. 2 St. Im Sommersemester las der Prof. Hr. Brunnemann das Evangelium Marci und gab eine Darstellung von der Entwickelung des christlichen Lehrbegriffs

während der drei ersten Jahrhunderte. Im Wintersemester erklärte der Director Ribbeck einen Theil des Evangelii Johannis und trug eine Einleitung in die christliche Glaubenslehre vor.

Mathematik. Der Prof. Benckendorff lehrte in 2 w. St. die sphärische Trigonometrie, ferner die Theorie der arithmetischen Reihen höherer Ordnung, so wie der logarithmischen Reihen und der Gleichungen des dritten Grades. Ausserdem beschäftigte er im 2ten Semester die Nicht-Hebräer mit Aufgaben aus der Lehre von den Berührungen und mit der geometrischen Betrachtung der Kegelschnitte. Der Prof. Dove trug in 2 w. St. die Stereometrie und Trigonometrie, so wie die Lehren von den Kegelschnitten, den höheren Gleichungen und Reihen vor.

Geschichte. 2 St. w. Geschichte der drei letzten Jahrhunderte; im 1sten Semester (bis auf den westphälischen Frieden) vorgetragen vom H. Prof. Brunnemann; im Winter fortgesetzt vom Doct. Zimmermann, Mitglied des K. Seminars für gelehrte Schulen.

Physik. 2 St. w. Prof. Dove. Mechanik und Optik. Der Unterricht in der Naturlehre ward hier, wie in allen Classen des Gymnasiums durch vielfältige Versuche mit Benutzung des der Anstalt gehörigen physikalischen Apparats erläutert.

Im Sommerhalbjahr wurde, während der hebräischen Lectionen, den künftigen Rechtsbeflissenen der stiftungsmässig angeordnete Unterricht zur Vorbereitung auf das juristische Studium von dem Herrn Professor Dr. Rudorff ertheilt.

Philosophische Propädeutik. Der Director Ribbeck setzte den früher angefangenen Vortrag der allgemeinen Grammatik fort, wobei sich vielfältige Gelegenheit bot und benutzt wurde, die Elemente der Logik zu repetiren. 1 Stunde wöchentlich.

II. Secunda.

Ordinarius im 1sten Semester: Hr. Professor Brunnemann; im zweiten Semester: Professor Lange.

1. Sprachunterricht.

Latein. Der Professor Lange erklärte die zweite *Philippica* des *Cicero*, so wie die Reden *pro lege Manilia* und die 1ste in *Catilinam* (2 St.); ferner das 25ste und 26ste Buch des *Livius* (2 St.) und übte die Schüler im Lateinisch-Schreiben durch (wöchentlich 2mal angefertigte) Extemporalien und freie Aufsätze (3 St.). In einer St. w. lehrte er lateinische Syntax nach Zumpt's Grammatik. Während des Wintersemesters setzte er auch die im Sommer von Herrn Prof. Brunnemann geleitete Lectüre der *Aeneide* des *Virgilius* fort (2 St.). — Mit den Nicht-Hebräern las der Professor Jäkel in 2 w. St. im 1sten Semester die *Adelphi* und den *Heautontimorumenos* des *Terenz*, im 2ten den *Trinummus* und die *Aulularia* des *Plautus*. Zusammen 12 lat. St.

Griechisch. 8 Stunden. Der Prof. Lange liess *Xenophon's Anabasis*, das 5te und 6te Buch, zum Theil ins Lateinische, übersetzen, benutzte auch die Erklärung dieses Autors

zur Uebung der Schüler im Lateinisch-Sprechen über Gegenstände der Grammatik (2 St.). Ausserdem trug er die Lehre von der Wortbildung und die Syntax, nach Buttmann, vor, (2 St.) und stellte in 2 St. während des 1sten Semesters Uebungen im Griechisch-Schreiben an. — Der Director Ribbeck las im 1sten Semester die ersten Bücher der *Iliade Homers* in 2 w. St. Im zweiten Semester übernahm diese Lection, so wie die Leitung der schriftlichen grammatischen Uebungen der Dr. Ag. Benary.

Deutsch. Der Prof. Jäkel trug in 2 w. St. einen Abriss der deutschen Literaturgeschichte vor und leitete die Uebungen in schriftlicher und mündlicher Darstellung.

Französisch. 2 St. Der Prediger St. Martin stellte Uebungen im Schreiben an und erklärte mehrere Abschnitte aus dem poetischen Theile des *Nolte*schen Handbuchs.

Hebräisch. 2 St. Der Prof. Engelhardt lehrte die Elemente der Grammatik nach *Gesenius* und erklärte den Josua, Cap. 1 bis 10.

2. Wissenschaftlicher Unterricht.

Religion. 2 St. Im 1sten Semester gab der Prof. Brunnemann eine Uebersicht der Kirchengeschichte und erklärte das Evangelium des Lucas aus dem Grundtexte. Im 2ten Sem. ward dieser Unterricht vom Director Ribbeck auf ähnliche Weise wie in Prima fortgesetzt.

Mathematik. Im ersten Semester lehrte der Prof. Benckendorff in 4 wöch. Stunden Kreisrechnung und ebene Trigonometrie, ferner die Theorie der Gleichungen des 1sten und 2ten Grades und der Logarithmen. Im Winter wiederholte er in 2 w. St. die Lehre von den Gleichungen des zweiten Grades und den Logarithmen und ging zur Anwendung der letztern auf Zins- und Renten-Rechnung über. Die 2 andern mathematischen Lectionen verwendete im 2ten Sem. der Prof. Dove auf den Vortrag der Stereometrie, rechnenden Geometrie und der Anfangsgründe der ebenen Trigonometrie.

Geschichte. 2 St. Im Sommer trug Hr. Prof. Brunnemann die Geschichte des Mittelalters ethnographisch vor; im Winter der Schulamtscandidat Dr. Jungk die Geschichte der vorderasiatischen Staaten, Aegyptens und Griechenlands von den ältesten Zeiten bis zur Theilung der macedonischen Monarchie.

Physik. 2 St. Die Lehre vom Magnetismus und der Electricität, ferner die Theorie der elastischen Flüssigkeiten, der Capillarität und Hypsometrie ward vom Prof. Dove vorgetragen und durch Versuche erläutert.

III. Ober-Tertia.

Ordinarius: Professor Jäkel.

1. Sprachunterricht.

Latein. In 5 w. St. las der Professor Engelhardt das 9te und 10te Buch des *Curtius*; erläuterte die Lehre von dem *Casibus*, *temporibus* und *modis* nach *Zumpt's* Gram-

matik und übte die Schüler im Lateinisch-Schreiben durch wöchentlich einmal anzufertigende Exercitien. — 2 andere Stunden verwendete zu latein. Extemporalien im 1sten Semester der Director Ribbeck, im 2ten der Professor Lange. — Der Prof. Jäkel erklärte in 2 St. ausgewählte Abschnitte aus Ovid's Metamorphosen (l. VI — X.) wobei er zugleich lat. Prosodie und Metrik vortrug und praktisch einübte. — Zusammen 9 lat. St.

Griechisch. 7 St. Der Prof. Jäkel las im 1sten Semester *Xenophon's Cyropaedie*, B. 7 und 8; im 2ten den 2ten Theil von *Jacob's* Lesebuche, (I — XIII.) 3 St. — Der Prof. Engelhardt verwendete 4 St. w. theils auf die Erklärung von *Homer's Odyssee* (B. 4 u. 5); theils auf die Wiederholung der gr. Formenlehre bis zu den in der Prosa üblichen *verbis anomalis* incl., ferner auf die Darstellung der wichtigsten syntactischen Regeln und die Einübung des Erlernten durch Versuche im Griechisch-Schreiben.

Deutsch. 2 St. Im Sommer liess der Hr. Prof. Brunnemann Uebungen im freien Vortrage, in schriftlichen Aufsätzen und in der Erklärung deutscher Classiker anstellen; im Winter leitete diese Uebungen der Schulamtscandidat Dr. Jungk, welcher zugleich über das logische Element der Darstellung und über die Eigenschaften eines guten Stils im Allgemeinen die Schüler belehrte.

Französisch. 2 St. Der Prediger St. Martin benutzte den prosaischen Theil des *Nolte*schen Handbuchs zur Lectüre und übte die Schüler durch schriftliche Arbeiten.

Hebräisch. Die Obertertianer, welche Hebräisch lernen, nehmen an dem, in dieser Sprache den Secundanern gegebenen Unterrichte Theil.

2. Wissenschaftlicher Unterricht.

Religion. 2 St. Der Prof. Jäkel gab eine Einleitung in die biblischen Bücher, trug die christliche Glaubens- und Sittenlehre vor und erklärte das Evangelium Lucae.

Mathematik. 4 St. Im 1sten Semester trug der Prof. Benckendorff die geometr. Lehre von der Gleichheit und Aehnlichkeit der Figuren und der Kreisrechnung vor; ferner in der Arithmetik den Abschnitt von den Verhältnissen und Proportionen mit Anwendung dieser Lehre auf Rechnungen des gewöhnlichen Lebens; sodann die Gleichungen des ersten Grades mit einer und mehreren unbekannten Grössen. — Im 2ten Semester behandelte Prof. Dove dasselbe Pensum mit Hinzufügung der Lehre von den arithm. und geom. Reihen, Kettenbrüchen, dem Ausziehn der Wurzeln und den Logarithmen. — In 2 ausserordentlichen Stunden wurden die Schüler, welche am Unterrichte im Hebräischen nicht Theil nahmen, vom Prof. Benckendorff in der Lösung mannichfacher geometrischer Aufgaben geübt.

Geschichte. 2 St. Im 1sten Semester trug Hr. Prof. Brunnemann die Geschichte des Mittelalters vor; im 2ten der Dr. Jungk die Geschichte der neueren Zeit. (v. 1492 bis 1800.)

Physik. 2 St. Der Prof. Dove lehrte die Anfangsgründe der Optik und der physischen Astronomie.

IV. Unter-Tertia.

Ordinarius: Professor Kanzler.

1. Sprachunterricht.

Latein. 10 St. 8 w. St. ertheilte der Dr. Zimmermann, Mitgl. des K. Seminars f. gel. Schulen, welcher den *Caesar (de bello Gallico lib.* 3 — 5.) mit den Schülern las, die wichtigsten syntactischen Regeln erläuterte und durch wöchentliche Exercitien und Extemporalien einübte. 2 w. Stunden verwendete der Prof. Jäkel theils auf Erklärung mehrerer Abschnitte aus der lat. Anthologie von O. Schulz, womit die Einübung der prosodischen Grundregeln verbunden ward, theils auf das Dictiren und Verbessern von Extemporalien.

Griechisch. In diesem Gegenstande war die Classe in zwei einander untergeordnete Coetus getheilt. Im untern Coetus übte während des Sommerhalbjahrs der Schulamtscandidat Krause die Elemente der Sprache bis zu den *Verbis liquidatis* und *contractis* ein, wobei die dahin gehörigen Abschnitte aus *Jacobs* Lesebuche erläutert wurden; im Wintersemester ward dieser Unterricht vom Schulamtscandidaten Dr. Köster in ähnlicher Art fortgesetzt. — Im obern Coetus vervollständigte der Prof. Jäkel den grammatischen Unterricht mit Fortführung desselben bis zu den eigentlichen *Anomalis* (§. 97 *Buttm. inclus.*); zur Lectüre diente ebenfalls das Lesebuch von *Jacobs*. Jeder Coetus hatte 5 wöch. Lectionen.

Deutsch. 2 St. Prof. Kanzler. Die Schüler lieferten wöchentlich einen häuslichen Aufsatz und mussten monatlich auch eine Probearbeit in der Classe anfertigen; ferner wurden grammatische, Declamations- und Leseübungen angestellt.

Französisch. 3 St. Zur Lectüre diente *Fenelon's Télémaque*; daneben Wiederholung des grammat. Cursus von Quarta, Lernen der unregelmässigen Zeitwörter; schriftliche Uebersetzungen aus dem Deutschen ins Französische nach *Franceson.* — Im 1sten Semester leitete diese Uebungen Herr Lehrer Matthieu; im 2ten Hr. Doctor Noël.

2. Wissenschaftlicher Unterricht.

Religion. 2 St. Der Professor Kanzler erklärte, nach einer einleitenden Betrachtung über die bibl. Schriften überhaupt, das Evangelium des Matthaeus und die Apostelgeschichte; ausserdem wurden mehrere Lieder aus dem neuen Berliner Gesangbuche gelesen und erklärt, auch alle 14 Tage ein Lied von den Schülern auswendig gelernt.

Mathematik. 4 St. Im ersten Halbjahr trug der Prof. Dove die ebene Geometrie bis zur Lehre vom Kreise incl. vor; ferner die Arithmetik bis zur Ausziehung von Cubikwurzeln aus zusammengesetzten Buchstabenausdrücken mit Brüchen. Im 2ten Semester lehrte der Professor Benckendorff die Planimetrie bis zu den Sätzen von der Gleichheit der Figuren; in der Arithmetik die Anfangsgründe der Buchstabenrechnung, die Rechnung mit Decimalbrüchen und die Ausziehung der Quadrat- und Cubikwurzeln.

Geschichte. 2 St. Der Professor Kanzler trug die Geschichte der Deutschen von Carl dem Grossen bis auf die neusten Zeiten vor, womit er die Erzählung der Brandenburgischen Geschichte verband.

Geographie. 2 St. Der Prof. Dove machte die Schüler mit der mathematischen und physischen Geographie bekannt und trug sodann die Erdkunde nach Naturgrenzen vor.

Physik. Der Prof. Dove lehrte mit Hinzufügung von Experimenten die Anfangsgründe der allgemeinen Physik in 2 wöch. Stunden.

V. Quarta.

Ordinarius: Collaborator Bauer.

1. Sprachunterricht.

Latein. 10 St. wöchentlich, sämmtlich ertheilt vom Collaborator Bauer. Vervollständigung der Formenkenntniss und Conjugationsübungen; Erklärung der leichteren syntact. Regeln und Einübung derselben durch mündliche und schriftliche Exercitien mit Benutzung der Schulzischen Vorübungen; Uebersetzung und gramm. Erläuterung mehrerer Biographien des *Cornelius Nepos*.

Deutsch. 3 St. Der Prof. Kanzler übte die Schüler sowohl im Anfertigen von Aufsätzen über leichte Themata zu Hause und in der Classe, als im ausdrucksvollen Lesen und Declamiren.

Französisch. 3 St. Uebersetzung mehrerer Abschnitte aus dem zweiten Theile des Heckerschen Lesebuchs. Einübung der Verba, zum Theil auch der unregelmässigen, Belehrung über die einfachsten syntact. Regeln und die Stellung der Accente; Uebersetzungen aus dem Deutschen ins Französische nach *Franceson*; Exercitien, Extemporalien und orthographische Uebungen. Im 1sten Sem. ertheilte diesen Unterrichs Hr. Matthieu; im 2ten Hr. Dr. Noël.

2. Wissenschaftlicher Unterricht.

Religion. 2 St. Der Collab. Weise erklärte das 1ste — 5te Hauptstück des Lutherschen Catechismus und liess Bibelsprüche und Liederverse auswendig lernen.

Mathematik und Rechnen. Der Prof. Benkendorff nahm in 2 St. w. arithmetische und geometrische Vorübungen mit den Schülern vor. In 3 andern Stunden übte der Collaborator Weise die Rechnung mit Potenzen und Brüchen, so wie die Regula de tri, quinque und septem ein.

Geschichte. In 2 w. St. trug der Prof. Kanzler eine Uebersicht der gesammten allgemeinen Geschichte vor.

Geographie. 2 St. Der Cantor und Collaborator Rust trug eine geogr. Beschreibung von Spanien, Frankreich, England und Italien vor.

3. Technische Fertigkeiten.

Schreiben. Lehrer Schütze. 2 Stunden wöchentlich.
Zeichnen. Lehrer Tempeltei. 2 Stunden wöchentlich.

VI. Quinta.

Ordinarius: Collaborator Weise.

1. Sprachunterricht.

Latein. 8 St. wöch. Der Collabor. Bauer übte die Declinationen, Conjugationen und Genusregeln durch beständige Wiederholung ein und liess hierauf die *Verba anomala*, *defectiva* und *irregularia*, so wie die Pronomina, Präpositionen und Zahlwörter erlernen. Aus Gedicke's Lesebuch wurde in das Deutsche, aus den Schulzischen Vorübungen in das Lateinische mündlich und schriftlich übersetzt und diese Uebungen zugleich zum Vocabellernen und zur Erklärung der einfachsten syntactischen Regeln benutzt.

Deutsch. 4 St. Der Collab. Weise übte die Schüler im Lesen mit Benutzung von Sulzers Vorübungen (2tem Theil), in der Rechtschreibung, im Nacherzählen von Geschichten, Anfertigung kleiner Aufsätze, Briefe u. s. w., so wie im Deklamiren, und erläuterte die wichtigsten Abschnitte der Sprachlehre.

Französisch. 4 St. Prediger St. Martin. Mit der Erklärung mehrerer Abschnitte aus Hecker's Lesebuche wurden Leseübungen, Versuche im Uebersetzen ins Französische, so wie das Erlernen der Verba und einer bedeutenden Anzahl von Vocabeln verbunden.

2. Wissenschaftlicher Unterricht.

Religion. 2 St. Collaborator Weise. Der lutherische Catechismus ward wie in Quarta erläutert, auch Sprüche und Liederverse zum Lernen aufgegeben und die biblische Geschichte erzählt.

Rechnen. 4 St. Der Collab. Weise wiederholte die vier Species in unbenannten und benannten Zahlen, worauf er die Schüler mit der Lehre von den Proportionen und der Bruchrechnung bekannt machte.

